Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

doctrina et amoris vos umquam venabula tetigis-
sent. Revera verum firma sui confirmacione verum amo-
rem non esse sine zelotipia permanere quod ut est
plenius enarratum. Zelotipiam invenimus inter aman-
tes ab omni commendanda parte et inter coniugatos
omnibus mundi partibus reprobatam. Quid vero hec conti-
neat zelotipie descripcione percepta firma vobis
veritate constabit. Est enim zelotipia vera animi
passio qua vehementer timemus in amantis volun-
tatibus obsequendi amoris affectum attenuari substancie
vel inequalitatis amoris trepidacio vel sine turpi
cogitacione de amante concepta suspicio. Unde
manifeste apparet tres partes ipsam zelotipiam continere.
Nam verus zelotipus semper timet ne ad suum con-
servandum amorem propria valeat obsequia sufficere
et ne inequaliter ut amet ametur atque recogitat quanto
cogeretur anxietatis dolore si eius amans alteram
contemplaretur amantem quamvis hoc credat nullatenus
evenire. Hanc autem ultimam partem coniugatis eveni-
re non posse satis manifeste patet. Nam maritus
de uxore sua turpi cogitacione suspicionem habere
non potest. Pura namque zelotipia applicata mari-
to ex ipsius subiecti vicio maculatur et desinit
esse quod erat. Nam et aqua quemodo limpidissime
preclara si alveo incipiat decurrere arenoso ob-
scuritate ab ipsa nostra arena contrahere et naturalis
eam claritudo destituit sicut et ipsa elemosina

Descriptio zelotipie

51v